

LAUREATA VIRTUS
JUVENIS

Perquam generosi & elegantioribus literis perpoliti,

DOMINI
JO. CHRISTOPH.
de PONICKAU,

Eqv. Misnici,

Cum.

applaudentibus Musis, & bonis omnibus,

d. 28. Martii, A. O. R. clō 15 cc XXXII.

Ex Illustri AFRANEO solenni ritu
discederet,

*Qualicumque Carmine eleganter
decantata.*

à Nobilibus quibusdam ipsius
amantissimis

S. A. de Polentz, F. R. de Jeschky,

Eqv. Lus, Sup,

Eqv. Lus, Infer,

J. A. de Zeschau, J. A. de Carlowitz,

Eqv. Lus, Inf,

Eqv. Misn,

J. A. de Parum,

Eqv. Misn,





Omulidæ jaſſent veteres atavumqve pa-
trumqve
Gloriam, & impenſas faciunt in faxa Ca-
ryſi
Candida, quæve Parus terrarum clara pro-
fundis
Viſceribus promit, grandes nimiumqve
ſtupendas.
Inſuper excudant ſpirantia mollius æra,
Argentumqve, ac hoc multo excellentius
aurum,

Addat iis pretium. Accedat Phidiasqve, Lyſippus,
Praxitelesqve, Scopasve ſagax, & dextera ſoters
Sudet, quo vivos ducant è marmore vultus,
Æquiparetqve ipſam naturam ars æmula. Quid tum?
Nonne venit ſua mors faxis quoqve? ſicqve ſuperbis
Cum tumulis moles tumulatur & occidit alta.
O vanum decus! O quantum eſt in rebus inanè!
Fortia facta virum minime hæc mangonia poſcunt.
Mangones habeant gemmæ, qui nobilitati,
Quam non terra dedit, pretium præſtantius addant,
Emtorem ut ducant vaſre, moveantqve ſalivam.
Arte eget haud tali virtus poſt funera vivens.
Si per præſca placet nunc ire inſignia, formas
Cernere & in galeis, & quas ſe jaſſitat intra
Arcolas totidem clypeus, quando inſidet ipſis
Struthio jam ſtupidus, jam grus, immanis & urſus,
Gryphes eqvis juſſeti, taurus ferus, aut elephantus,
Hinc lupus, hinnuleusve pavens, canis atqve fidelis,
Aut leo, vel pardus, genita aut fortalliſis utroqve
Beſtia, fulgores quos hinc trahit aurea virtus?
O ſi una tantum *lauru* omnia ſcuta niterent,
Qualis, AMICE, Tuum triplex ramuſculus ornat!
Sola places nobis, ô frons gratiſſima Phœbo,
Fungimur officio hic extremo quotquot amoris.
Ipſa Tibi pretium ſcripſit ſolenne vetuſtas.
Auſonis ora extat, reliquis præ, teſtis abundans.
Non facit ad laudes veteris iſthæc fabula, quæ vin.
Fatidicam tribuit ramis, prius unde capillos
Cingebant Pythiæ fuſuræ oracula lauru,
Ac veſcebantur foliis illius. Et hoc non
Credimus, afflari nullo unquam fulmine, ſi vel,
Augustus Te, *Lauve*, pavens circumplicet ipſe.
Hoc, quod jam dedimus merito Tibi, nomine tantum
Omnibus uſqve places generoſo ſanguine cretis,

Per-

Perpetuum propriumque decus victoribus olim
 Quod Pythicis, & prisca dedit quos Roma, fuisse.
 Omnia Laurus erant: Currus, comitesque, tabellæ,
 Ipse triumphator, postes; Quin Laureæ tanti
 Esse putabatur, quando Capitolia victor
 Ingrediebatur, gremio ut Jovis illa quieto
 Clausa diu, velut huic accepta ferenda, jaceret.
 Par nec erat terra vulgari hanc promere, verum.
 Laureto è * Livix, quæ frondem immiserat ipsa.
 Coelitus allatam velut, unde excrevit in amplam
 Successu ætatis sylvam mireque comantem.

Fallimur? an AFRÆ gremium non commodum
 possit

Effigies ** hujus Laureti dicier? Annon
 Ex una tantum tandem succrevit in oſto,
 Jamque novem, menſas, cœli adspirante favore?
 Quisquis Idumææ hic palmæ floreſcit ad inſtar,
 Quæ ſalientis aquæ conſerta in margine læto
 Vertice ſurreſto micat, & fert prodiga fructus,
 Lege jubente poli, vicibus neque vertitur anni,
 Huic ver perpetuum eſt, hunc gratia Numinis almi
 In Sophicis juxta ac cœleſtibus artibus uſque
 Provehit in majus, quo cenſum grata quotannis
 Ceu arbor pendat cultoribus, atque laboris
 Perſolvat pretium. Talis, *PONICAVIE*, Tūmet
 Totus eras. Tenera veniebas germen in herba.
 Debile, venturæ nunc robur poſteritatis,
 Auſtibus egregiis cumulatus cedis ab AFRA.
 Alcidæ in morem monſtrorum Lerna ténello
 Exſuperanda TIBI fuit. Horrida bella parabant.
 Tot peſtes animi, mala totque nociva juventæ,

Du-

* Vid. Svet. in Galba c. 1. ubi narrat, aquilam prætervolantem gallinam, ramulum lauri roſtro tenentem demiſſiſſe in gremium Livix, cui cum pangi ramum placuiſſet, tale provenit lauretum, ut triumphaturi laurum inde decerperent, ſuique moſ triumphantiſ, alium conſeſſim eodem loco pangere, & obſervatum eſt, ſub cuiusque obitu, arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe,

* * De ea re ſic Laur. Fauſtus in dem Zeit. Büchlein von der Stadt Meiſſen / Dresd. 1588. Anno 1190. hat Biſchoff Dietrich zu St. Afra eine ſonderliche Schule angeordnet / doch nur von Zwölf Knaben / die man zur Lateiniſchen Sprache und Muſic gehalten / welche blieben iſt biß zum Anfang des reinen Evangelii.

Durities, ruditas, levis inconstantia, torpor,
 Cæcus amorque sui, jactantia, blanda voluptas,
 En faux septemplex monstri! sed triplice tantum
 Id gladio invadens pietatis nempè, tenacis
 Obsequiique acie, vicisti, alacrique labore.
 Qvis TE Victorem non dignum haud simplice *Lauru*
 Nuncupet? AFRA veni, comitatu cincta Virorum,
 Qvi nos belligerare docent, ac vincere tetram
 Non tantum inscitiam, sed se, quæ maxima virtus.
 Affociet lateri Charitum se trina corona,
 Atque his jungantur quoque *laurea ferta* ferentes
 Eusebie, ac Sophie, mollique Modestia gressu
 Incedens, atque alba Fides, Prudentia, constans
 Sedulitas, nodoque ligans Concordia mentes:
 Quæ comites TIBI semper erant, dum hic vita ma-
 neret,
 Quæ comites TIBI semper erunt, dum spiritus halat.
 Isti animis nexi, ac dextris, Tua tempora certant
 Cingere Daphneis ramis, implere manusque.
 Quæseris fors scire, ubi sint? *in pectore & ore,*
 Laudibus & votis, quæ nunc & plausibus undant,
 Ominibusque TIBI non vanis magna minantur,
 Quæis se *laureole nostræ* (ne spernito) jungunt.
 Nam velut irriguo si læta serantur in agro
 Semina, læta Ceres nutantibus horrea spicis
 Stipat, & ampla venit cupido tritura colono:
 Sic, natura parens quem donat acumine mentis,
 Qyam doctrinarum & virtutum copia nutrit,
 Qvis tali speret multum nisi farris in agro,
 Postque annos veniens quosdam haud miretur aristas?
 I modo, quo TUA TE virtus, quo gloria ducunt,
 Et series tam longa Atavum. Tantummodo fervens
 MILITIZIUM, atque TUÆ vestigia gentis anhela
Laurigeræ, generis sic fama utriusque vigebit
 Usque recens, TUA nec marcebit *laurea Virtus*.



an Dein steter
 eingetroffen?
 dieses abgesehn/
 ernen/
 höchst lernen;
 lobt/ gefehn!
 Nicht erfordert/
 fern Herzen so-
 Medlichkeit ver-
 den andern

LAUREATA VIRTUS
 JUVENIS
 Perquam generosi & elegantioribus literis perpoliti,
 DOMINI
JO. CHRISTOPH.
 de **PONICKAU,**

Eqv. Misnici,

Cum.

applaudentibus Musis, & bonis omnibus,
 d. 28. Martii, A. O. R. cl^o l^o cc XXXII.

Ex Illustri AFRANEO solenni ritu
 discederet,

Qualicumque Carmine παραμυθικῶ
 decantata.

à Nobilibus quibusdam ipsius
 amantissimis

- S. A. de Polentz, F. R. de Jeschky,
 Eqv. Lus, Sup. Eqv. Lus, Infer.
 J. A. de Zeschau, J. A. de Carlowitz,
 Eqv. Lus, Inf. Eqv. Misn.
 J. A. de Parum,
 Eqv. Misn.



14

